

In Ioanne; ad quam nos instituit. Ad-
dit & considerat Christum, duobus se
ostendisse verum Messiam; operibus &
scripturis. Ex operibus miraculosis,
multitudine, modo faciendi, & sine
testificandi de se quod esset Messias. Ex
scripturis, Nax, quæ in ipso impleban-
tur. Tum agit de laudibus, Ioanni
à Christo datis. Vbi attendit r. nemi-
nem in sua aut suorum præsentia esse
laudandum. 2. quod laudans Ioannem,
ipsum de se testimonium roborat; qua-
tubr enim vitia à suo teste repellit, le-
uitatem, vtilitatem, amorem, & dū-
bitatem. Denique quàm celebre sit
hoc Christi testimonium de Ioanne de-
ducit; & talem missum esse à Deo qui
testimonium Christo redderet. *a*
fol. 12. col. 3. vsque ad fol. 15. col. 2.

DOMINICA TERTIA

Aduentus.

B. ALBERTI MAGNI sermo ad
hæc verba: *Tu es qui venturus es, an-
tiam expectamus?* Matth. 11. Agit de ad-
uentu Christi qui fit per gratiæ infu-
sionem. Et I. ostendit Deum aduentu
in animam, sex operari. 1. Ex superbiâ
cæcâ, illuminat per humilitatem. 2.
Anaritia claudam per charitatem res-
stituit. 3. luxuriâ leprosam, per casti-
tatem mundat. 4. Vanâ lætitiâ sur-
dam, per considerationem mundanæ
instabilitatis audire facit. 5. ex des-
peratione ventæ mortuam, per spem mi-
sericordiæ resuscitat. 6. pauperem ex
confidentiâ longæ vitæ, per memoriam
mortis euangelizat; & ad vitam æter-
nam lætandam inuitat. II. Explicat
per quæ dignosci possit homo donatus
hæc gratia. Et signat quatuor constituit.
1. si non agitur vento, vt arundo. 2. si
mollibus non vestitur. 3. si sit Propheta
& prædicat ac præuidet diem iudicij.
4. si sit plusquam Propheta, iam earum
particeps consolationum spiritalium,
quas præuidet futuras in æternitate.
Tom. 12. serm. 3. de temp. ap. pag. 7. ad 9. col. 1.

S. AMBROSII sermo hac die habi-
bitus, ipso instruitur quomodo præ-

parare animas debeamus ad ritè cele-
brâdam Domini Natiuitatem, exem-
plo à mulieribus maculas vestium sua-
rum aquâ diluentibus mutuato: &
quoniam pacto operibus nostris Deus
cogatur, Regnumque celorum à die-
bus S. Ioannis Baptistæ vim patiat, &
à fidelibus quodammodo rapiatur.

*Tom. 5. serm. 5. de Temp. col. 6. 7. 8. No-
tandum autem huic sermone potius Domi-
nicæ sequenti conuenire, quam præsentis.*

S. ANTONII DE PADVA sermo,
in Epist. quam moraliter percurrit doc-
cens. Qui possint gaudere in Domino,
quomodo, & de quibus. Modestiam
esse in pace mentis, & honestate cor-
poris. Solitudinem temporalium,
obliuionem facere Domini. Misericordiam
esse peccatorum sortem in fine vite.
B. Conuersionem ad Deum fieri contri-
tione cordis, & veritate contritionis.
a pag. 103. ad pag. 105.

S. AUGUSTINI homilia in illud
qui venit post me, maior me est, cuius non sum
dignus corrigiam, &c. Agit de duobus te-
stimonijs, Christi de Ioanne Bapt.
Ioannis Bapt. de Christo, sic enim hu-
miles alios laudant, non seipsos. In-
super idem Ioannes encomijs celebra-
tur. Redditur ratio cur D. Mariæ Vir-
gini Archangelum interroganti res-
pondetur, Zachariæ vero ferè idem
petenti silentium imponitur, denique
superbiâ retunditur, humilitas com-
mendatur. *Tom. 10. lib. 50. homil. homil.
44. fol. 117. col. 1. 2. & sequent.*

S. V. BEDÆ homilia in præsens E-
uangelium, textus explicatur, cæcitas
Iudæorum Christo non credentium
notatur, difficultas de corrigia calcea-
mentorum Christi soluitur & ignis pur-
gatorij verbis Euangelij hodierni pro-
batur. *Tomo 7. in hom. hiem. de Temp.
col. 197. 198. homil. Domin. 4. Adu.*

S. BONAVENTURÆ sermo primus
in illud Euangelij. *Medius vestrum stetit,
quem vos nescitis, tractat. S. Doctor de
Christo Mediatore, & eius media-
tione, tripartitur autem concio. I. o-
stendit Christum iure dici medium,
quia collegit extrema: quia semper te-
nuit medium in omni genere virtutum.*